quæ sine periurio id facere liceret. Audierat ille ut mihi uideatur præceptum domini iuramenta uentantis. Sed redeo ad id quod in principio dicebam. Non omnia nobis recipienda sed tantum utilia. Et enim cum eos cibos quæ obesse possunt corpori diligenter uitemus: absurdissimum est disciplinarum quibus alitur animus rationem nullam habere. sed tanquam torrens aliquis/ quæcunq; fors obtulerit sine delectu: immergere: & cum gubernator non temere nauim uentis permittat sed ad portum dirigat: Et sagittarius ad signum: & faber & architectus finem aliquem suæ artis respiciat: nos ab huiusmodi opificibus in cognoscendis rebus nostris superari. Neq; enim manualium operum finis aliquis/ uitæ autem humanæ finis est nullus: quæ intueantur hi qui bene uiuere quærunt. Quod si nulla ratioe huc atq; illuc in uita iactaremur: quid inter nos atq; rates gubernaculis carentes interesset? Verum ut in musicis gymnasticisq; certaminibus eorundem sunt exercitationes & præmia. Hæc ullus cum se palestra aut pancratio exercuisset: lyra deinde aut tibia certat. Neq; enim Polydamas id agebat. neq; milon. Sed alter ante olympicum certamen currus sistebat currentes. Milon uero in clipeo uncto stabat nec depelli ab eo ulla uis poterat. Sed resistebat: non secus ac statua quædam plumbo affixa. Quod si marsiæ aut olympi musicam essent meditati relicto puluere atq; gymnasio sero coronas aut gloriam affecti cænt aut effugissent: ne corpora sua derisui haberent. Sed nec Thimotheus relicta musica sua in luctaminibus uersabat. neq; n. affectus fuisset ut cunctis musicis longe antecelleret. Cui tantum superat artis. ut quotiens libuisset animos hominum & uehementi harmonia accederet. & rursus molli ac placida leniret. Quis uispe aliquando cum in Alexandri conuiuio cum cantum/ quæ phrygium appellat. modularetur/ usq; adeo regem excitasse dicitur: ut ad arma capienda profiliret. Atq; iterum ad comessatores epulasq; reduxisse modulatione mutata. Tantas uires habet in musicis gymnasticisq; certaminibus ad finem suum directa exercitatio. Sed quoniam in coronarum atq; pugilum mentionem incidimus: persequemur aliquantisper in ea re. Porro illi quadam incredibili laborum tolerantia uires adepti/ cum infinitis sudoribus in gymnasio manarint innumerasq; plagas in exercitatione tulerint. Victum autem non uoluptarium neq; iocundum/ sed quem magister ludi proscripserit. uictitarint. & in cæteris omnibus ne orationem pertraham: ita instituti sint: ut uita ante certamen acta meditatio fuerit certaminis: Tandem se nudant in stadio/ & summo labore ac periculo decertant. ut oleastris aut appii aut eiusmodi corona donentur/ uictores/ a præcone buccinentur. Nos uero quibus premia uitæ nostræ adeo mirabilia proposita sunt: ut nec magnitudo eorum dici possit: nec multitudo numerari in utranq; aurem securi dormientes/ altera manu capere posse credemus. Per multi sane etiam inertia. Et sardanapallus ille primas omnium partes in beatitudine feret: uel margites forte quæ neq; aratorum neq; fossorum. neq; cuiusq; rei actorem fuisse Homerus ait. Si utiq; Homero credendum potius quam Pitaco: quæ inquit. Arduum esse bonum existere. Mul

Milo ut statua.

Thimotheus musicus. Alexander excelsus & seipsum datus cantu.

παιδοτριβη.

In utraq; aurem dormientes Margites homericus.

desiderare

tis enim laboribus susceptis uix eorum bonorum compotem fieri cōtingit: quorum nihil in hac uita simile pauloante dicebamus. Non igitur defidendum est nobis: nec pro breui uoluptate maximæ spes abiciendæ: nisi uelimus: & cōuitia pati & pænas subire. non hic apud homines: quæ ne hoc quidem parum recte sentienti. Sed aut sub terra aut ubicunq; sint illa iudicia. Nam qui nō ex uolūtate delinquit: is forte aliqua dignabitur uenia. Qui autem ex proposito peiora eligit: nullam habet excusationem, quin multiplici pœna afficiatur. Quid igitur faciendum est dicet quispiam: quid aliud quæ curam animæ habendam cæteris omnibus pro nihilo habitis. Non ergo corpori seruiendum: nisi quantum sūma cogit necessitas. Sed anima bonis artibus imbuenda est: & ex corporum uinculis ac passionum societate per philosophiam eximēda. illud præterea efficiendum est: ut corpus laborum patientissimum sit. Venti autem non ad uoluptatem sed ad sustentatiōem porrigendum. Nam qui semp cœnas atq; coquos mente agitant. Epularumq; gratia terras mariaq; perscrutantur: miserabili admodum seruitute præmuntur. Et grauissimo domino tributa pendunt. Nihil leuius patientes quæ hi qui apud inferos pœnas dant: uere ignem diuidētes: & cribro aquam ferentes & perfossum uas implere anhelantes: nullam finem laborum habentes. Tonderi autem aut amiciri ultra quæ necessitas sit: aut miserorum est secundum Diogenem: aut iniuriorum. itaq; occupatum esse in corporis ornatum non minus turpe ducendum arbitror: quæ aut pellicem esse aut adulterum. Quid. n. refert homini gnauo Xystide amicitat: an uili aliqua ueste/ dūmodo corpus ab intemperie tutetur. Quod & in cæteris obseruandum est: ne quid superuacue moliamur: nec plus corpori tribuamus: quæ animæ cōmodum sit. Neq; enim minus turpe est uiro: qui uero hoc cognomine dignus existat/ nimiā corporis curam habere: quæ ad aliam quāuis passionem effœminatū esse. Omne porro studiū ponere: ut corpori quæ optime sit/ Hominis est seipsum ignorantis. nec intelligentis illud sapiens pceptum: quod non id quod cernitur est homo: Sed opus est maiore sapientia: ut quisq; nostrum quid tandem ipse sit possit agnoscere. Verum. n. uero id assequi non expiata prius mente ipossibilius est: quæ lipis oculis solem perspicere. Expiatio autē animæ fit: ut & breuiter uobis simul & abunde dicam: per contemptum earum/ quas nobis sensus porrigunt uoluptatum. Non igitur oculi pascendi sunt/ absurdis spectaculorum miraculis/ nō aspectu corporum uoluptatis stimulos relinquentium nō per aures sonus ifundendus: qui animam corrumpere possit. Nā & nequitia & ignauia ex huiusmodi musica gigni solet. Sed ea musica recipienda est: Quæ usus David poeta sacrorum carminū regem (ut ferunt) ab insania liberauit. Pythagoras etiam cum iuuenibus quibusdam uino sertis saltuq; p ciuitatem lasciuientibus obuiaret/ iussisse dicitur ei qui modos tibia faciebat: ut mutata harmonia doricū per sonaret. Quod ubi factum est bacchantes illos adeo respiciuisse ferunt: ut sarta abiicerent: & rubore uultus uerecundiam confessi domum abirent. Tantū in-

Non corpori seruiendū.

τραπεζοπιου.

Occupatus in corporis cultu.

ευστια.

Non id hō quod cernit

καθαρσις ψυχης.

Musica Pythagoræ. Doricum.

Odoramen-
ta.

Voluptates
gustus & ta-
ctus.

Corpus cu-
rant aīam ne
gligentes.

Rationis ha-
bena.

Dictum Py-
thagoræ i cor-
pulentiam
Δειμοτη-
ριου.

Academia i
salubris
ευξια σφα-
λερα

Χρεια φυσε-
ωσ αμα-
γκαιοισ ορει-
ται.

πλουτωμ-
ου Δειτερ-
μα.

Scitū theo-
gnidis.

ουτεραμαι
πλουταμ
ουτεωχο-
μαι.

terest corrupta an salubri musica impleare. Quāobrem ab hac quidē musica
quæ nunc in usu est: non secus abhorrendum uobis cenfeo: quā a quavis feditate:
iam uero eos uapores qui odoratum delectent aeri imiscere aut unguentis pun-
gi etiam interdicerem uobis erubesco. Quid dicendum ē de his uoluptatibus: quæ
gustu aut tactu fiunt. An dubitandum quā illæ quoque eiusmodi sint: ut nisi quis
eas caueat: Venti ac fœmori seruire eos ueluti pectora compellant. Denique ut
summatim dicam uniuersum corpus despiciendum est: nisi uelimus in luto uolu-
ptatum submergi. aut certe tantum ei indulgendum: ut philosophiæ ut inquit
Plato ministerium prestare possit. Eadē ferme Plato & Paulus monet: dum ait
non oportere nos prouidentiam aliquam corporis habere ad uoluptates. Nam
hi qui corpus optime curant: animā uero quæ eius seruitio uti debet negligunt
Hi nihil ab hiis differunt: qui ut organa quæ optima habeant: summo studio conq-
runt: artem uero cuius gratia illa organa sunt comparata despiciunt. Prorsus
igitur contra seruandum ē. Nam castigare corpus & compescere eius impetus
uti imane quandam beluam oportet. & eiusdem aduersus animam temerarios
motus rationis habena cohibere. Atque sedare: non autem frena uoluptatum rei-
mittere: & animæ curam abiicere: & instar aurigæ uolentia equorum tracti de-
ferri: & Pythagoræ meminisse: qui cum intelligeret quendam ex familiaribus
suis eibus exercitationibusque ut pinguis fieret curare: Hic inquit non cessat mole-
stiorem sibi carcerem instruere. Quod genus molestiæ cum suspicaret Plato
corpori suo impendere Achademiam insalubrem atticæ locum ferunt ex in-
dustria delegisse. Ut plus quā bona habitudo corporis ceu uitis nimia luxuries ob-
eam rem amputaret. ipse quoque iam audiui ex medicis summam corporis uali-
tudinem periculosam esse. Cum igitur hæc nimia indulgentia & ipsi corpori in-
utilis sit: & animæ impedimentum afferat: in ea re studium ponere manifestis-
sima est insania. Quod si corpus continere assuefacti essemus: Parum cætera
huius uitæ admiraremur. Quid enim tibi opus esset diuitiis: si uoluptates cor-
poris aspnarere. Equidem non uideo nisi forte quem iuaret. Ut in fabulis de
draconibus fertur: reconditos thesauros uigilando custodire. Qui autē ad hæc
contemnenda ingenue eruditus esset: plurimum ab omni facinore & uerbo &
opere abhorreret. Et quicquid ultra sufficientiam foret: siue id lydia gleba esset
siue formicarum auriferarum opus tanto magis despiceret: quāto minus indi-
geret. Sufficientia autem ipsa non libidine uoluptatum. Sed naturæ necessita-
te definienda est. Nam qui excedunt necessitatis terminos similes sunt his: qui
præcipites deferuntur: nihil stabile inuenientes: ubi possunt consistere nullum
terminum præcipitationis habentes. Sed quanto plura amplectuntur tantidē
aut etiam pluris indigent ad uoluptates implendas. Diuitiarum enim (ut ait So-
lon) nullus est terminus. Verum ad eam rem Theognide magistro utendum:
qui ita inquit. Neque diuitias cupio: neque uoto præcor: sed mihi contingat ex par-
uo uitam agere omni carentem molestia. Porro non sine beniuolentia quadā

mihi in mentem uenit Diogenis sententia: humana omnia simul contemnen- ὑπεροψία
 tis: qui magno rege ditiores se prædicabat: quod ipse neq; paucorum indige- Διογενοῦς.
 ret. At nobis nisi Pythiæ mysii adsint talenta & infinita soli iugera: & numero πυθίου τα
 sa armentorum examina nihil sat erit. Oportet autem ut ego quidem arbitror λαμτα
 nec absentes diuitias optare: nec præsentibus gloriari: nisi quantum scias uti. Sa- Socrates ad
 pienter enim Socrates: qui cum uideret hominem diuitiis affluentem eaq; de diuitem.
 causa & fastidio quodam gloriabundum uadere nõ prius inquit te admirabor: ἡλείοις.
 q̄ notum mihi fuerit: quo pacto scias uti fortunis tuis. At uero Phidias Policlei- αμθρωπι
 tusq; si auro siue ebore gloriati essent. Ex quibus alter heliensibus Iouem alter μη ἀρετη
 Iunonem argiuis effinxit: ridiculi haberentur aliena bona sibi gloriæ fore pu- κολακεια
 tantes. Propriam uero artem qua illud aurum præciosius factum est silentio p̄ αλωπηξ
 tereunt. Nos autem humanam uirtutem non satis decoris ipsam per se habe- ἀρχιλοχου
 re arbitantes minori reprehensione dignos esse putabimus. At diuitias quidẽ αιγυπτιος
 contemnemus: uoluptates despiciemus. Verum blandicias & adulationes se- σοφιστης
 ctabimur: & Archilochæ uulpis calliditate multiplicitateq; gaudebimus. At Polypus mu
 nihil est: quid æque fugere debeat sapiens q̄ ad ostentationẽ uiuere: & popula- tat colorem.
 res auras sequi. Non autem ueram rationem usq; adeo ducẽ iubendi habere: ut Hesiodus.
 etiam si oēs homines reclamẽt: nihil mutet eor;: quæ recte instituerat. etiã si in- σ μικρον
 famiam uel pericula subire pro recte factis necesse sit. Nam q̄ aliter institutus επι σ μικρω
 est: is nihil differre uidetur ab ægyptio sophista. Qui & arbor fiebat: & aqua & Sapienter.
 fera: & quicquid liberet. Si quidem ipse quoq; modo laudabit iustitiam: si id bias.
 placere audientibus intelliget: modo eam uituperabit. Si his apud quos loqui- εφοδιον
 tur: iniurias esse gratas cognoscet. Et quod proprium assentatorum est: ut Poly- προσγηρασ
 pus ad speciem subiecti soli colorem permutat. ita & ipse ad uoluptatem audiẽ ἀρετη.
 tium uariabit sniam. Sed hæc in nostris libris discemus perfectius. In præsen- μακροβιω
 tia uero umbram aliquam uirtutis descripsimus ex his extraneis doctrinis. τατος
 Qui enim diligenter e quauis re cogunt utilitatem: & si minutatim id agant: αγηρω αιω
 tamen ut magna flumina multa ex multis locis accipiunt incrementa. Nam id μα.
 quod inquit poeta: si paruum paruo superaddas: idq; frequenter facias: non ad
 pecuniæ duntaxat augmentum dictum fuisse putandum est: Sed ad cuiusuis
 scientiæ. Bias quidem igitur unus ex septem sapientibus filio suo ad ægyptios
 proficiscenti rogantiq; patrem: quidnam agendo maxime sibi gratum faceret.
 Si uaticum inquit ad senectutem compares: uirtutem nimirum pro uatico
 intelligens. Sed arctioribus terminis illam circumscribens utpote qui eius uti-
 litatem humanæ uitæ spacio diffiniuit. Ego autem siue quis Tithoni senectu-
 tem siue uiuacissimi apud nostros Mathusalem: qui mille annos minus trigin-
 ta dicit uixisse: Si deniq; uniuersum tẽpus ex quo fuerũt hoies metiat: ridebo
 puerilẽ eius sniam contẽplans longum & insensibile seculum: quod quidem
 tale est. Vt quẽadmodum immortalis animæ ita etiam illius seculi nullum

παροιμία. finem mens possit concipere. Ad quod ut uaticum paremus. omnis lapis ut di
 παρτα λι cunct mouendus est. Vnde aliqua utilitas ad eam rem fit nobis futura. Non igi
 θου κρουμι tur quia ardua sunt hæc & laboriosa iccirco torpescemus. Sed memores illius
 γεσ sententiæ. Oportere uidelicet unūquēq; uitam probatissimam eligere. Expe
 ctare autem ut consuetudo faciat illam iocundam atq; dulcem uideri: ea sequi
 aggrediemur. Turpe est enim cum tempus per fœcordiam abierit. Tum demū
 illud reuocare. cum præter dolorem nihil sit amplius uocanti rediturum. Ego
 τρια αρρωτρησματα. pōre admonebo. Vos autem cum tria sint morborum genera: Vtinam ne uos
 ei similes præstetis: quod insanabile est. Neu ita mente ægrotetis ut pleriq; so
 lent corpore egrotare. Nam hi qui parua inualitudine anguntur: ipsi proficiscū
 tur ad medicos. Qui uero grauiori morbo præmuntur ad se curātes accerfunt.
 At hii q in atram bilem insanabiliter transuecti sunt: nec uenientes quidē mei
 dicos recipiunt: quos uos non patiamini nunc recta consilia aspernantes.

τελος.

BASILII ORATIO DE INUIDIA E/ GRAECO IN LATI-
 NVM CONVERSA PER NICOLAVM PEROTVM
 INCIPIT.

Onus est deus: & bonorū merentibus largitor. Malus diabo-
 lus: & oīum malorū auctor. At sicuti bonus nemini unq̄ inui- Diabolus in
 det: ita diabolus continuo liuore uexatur. Fugiamus igit̄ fra- uidus.
 tres affectum inuidiæ. ne operū aduersarii nostri p̄ticipes fia-
 mus: neue eiusdē criminis rei peragamur. Etenim si elatus su-
 perbia in diaboli iudiciū incidit: quo pacto iuidus p̄paratam
 diabolo p̄nā euitare poterit: Inuidia .n. nullū p̄nitiosius crimen humanis ē in Inuidia cri-
 genitū mentibꝫ. Quod licet iuidioso nullā afferat molestiā. Præcipuū tñ & in- mē p̄nitiosū.
 testinū inuidi malū ē. Nā sicut rubigo ferrū: ita inuidia aīum hoīs ubi insita ē: Inuidia ut ru-
 consumit. Vel potius quēadmodū uiperas tradunt uētre: in quo genitæ sūt cor bigo.
 roso nasci. eodē mō liuor opp̄ssum exadit aīum. Inuidia .n. est dolor ex p̄ximi
 cōmodo pueniens. Quapp̄ neq; curæ neq; sollicitudines inuidū ullo tpe dese-
 runt. Fertilis ē uicini ager. Affluit oībꝫ ad uictū necessariis domus. Honos ui-
 ro nō deest. Hæc oīa alimentū morbo ministrāt. & sollicitudinis q̄dā additamē
 ta sunt inuido. Quapp̄ nihil differt ab hoīe nudo: q̄ ab oībꝫ cædat. Fortis ē q̄
 p̄iam: inoffensa ualitudine. Hoc iuidum macerat. Alius ob pulchritudinē ē iu-
 cundior. Hæc alia inuido plaga. Hic uirtute: prudentia: dicendi uiribus multis
 antecellit cōspicit̄ ab oībus. In admiratione habet̄. Alius diues: honoratus: i dā
 dis muneribꝫ splendidus: inferendo indigentibꝫ subsidio liberalis. ideoq; ma-
 ximā apud eos: quos sibi b̄nficiis deuinxit: laudem cōsecutus fuit. Hæc quoq;
 quasi q̄dam uulnera mediū liuidi hominis inficiūt pectus. Est & illud in hac
 ægritudine molestissimum. q̄ dolorem suum detegere nemini potest. Sed defi-
 xos in terram tenens oculos dirumpitur dolore: & ægritudine cruciatur. interro-
 gatus uero quo morbo tantopere perturbetur: pudet eum diuulgare calamita-
 tem suam: q̄ inuidus sit: q̄ sollicitus: q̄ ob fortunas amici concipiat animo do-
 lorem. q̄ fratris fœlicitatem queratur. Deniq; q̄ bonorum alterius aspectū pa-
 ti nō possit. Sed proximi sui commoda suam faciat calamitatem. Hæc enim di-
 ceret inuidus. Si uera loqui uellet: At quando hanc nemini æqualium detege-
 re potest: in profundo pectoris ægritudinem fouet: quæ uiscera eius exadit: cō-
 sumitq;. Quapropter nec medicum eius ægritudinis inuenit: nec medicinam ad
 id genus morbi conducibilem reperit. q̄q̄ nonnulla de huiusmodi medicamen-
 tis scripta extent. Sed semper unum eius ægritudinis remedium expectat. Ut
 aliquem ex his: quibus inuidet: ruentē cernat. Hic odii terminus est: inuidiosū
 aspicere e/fortunato ifœlicē factū: Et eū q̄ ātea oībꝫ erat cōspiciuus: calamitosū
 uidet. Tūc lætat̄: cū illū lachrymātē cernit: cū ruētē ituet̄: & fortunato quidem

Pudet fateri
 q̄ iuidus sit.

Odiī termi-
 nus.

nequaquam gratulatur. Infelici uero socias iungit lachrymas, & mutationem uitae eius, quae in quaerit redactus sit: una quaerit non ob humanitatem, misericordiamque praeterita uerbis extollens, sed ut grauiorem illi faciat calamitatem suam. Filium post obitum laudat, & innumeris ornat praconiis: quae bonae indolis fuerit: quae ingeniosus: quae in omnibus rebus agendis idoneus. Cuius laudes dum uiuebat: nunquam sumis labiis attigisset. Quod si complures ei rei assentiētes cernat. mutata sententia rursus iudet mortuo. Diuitem post occasum eius admirat: pulchritudinem corporis robur, bonam ualitudinem. Postquam in aegritudinem quis incidit: laudat extollitque. In summa praetium quidem hostis: praeditorum amicus est. Quid igitur hoc morbo praenitiosius: corruptio uitae: praedictio naturae: inimicus earum rerum: quae nobis a deo concessae sunt. Ipsi deo contrarius est. Quid principium illud malorum omnium demonem in inimicias cum humano genere impulit. Et nempe inuidia: ob quam dei hostis manifeste dephesus est. Deo quidem iratus ob beneficentiam eius erga humanum genus. Ipsum uero hominem, quando deum non poterat, infestans. Haec eadem fecisse uidetur Cayn quoque primus demonis discipulus, & inuidiam atque homicidium ab ipso eductus germanas iniquitates. Quas paulus quoque coniunxit. Cum diceret repletos inuidia homicidio. Quid igitur fecit: uidit illum a deo honoratum: atque peremit. ut honorantem offenderet. Cum enim ad oppugnandum deum minus idoneus esset: ad perimendum fratrem conuersus est. Fugiamus quae se fratres hanc aegritudinem magistram inimiciciae cum deo. homicidii matrem: confusionem naturae: affinitatis ignoracionem irrationabilem calamitatem. Quid doles homo: cum nihil molesti passus sis? Quid si cui boni quodpiam fors concesserit graui ferens animo? cum nihil tuis detrahat bonis. Quid si eum quod de te bene meritus est: odisti. Nonne tuae ipsius inuides utilitati? Quis erat Saul. qui multitudinem illam acceptorum beneficiorum causam uoluit esse inimiciciae contra Dauid. Et enim principio quod suauissima illa harmonia, & diuina musica furis liberatus, hasta liberatore suum traicere conatus est. Deinde uero una cum uniuerso exercitu a manibus hostium redemptus: & si ingentem illum propter Goliath pudorem euitasset. Tamen quoniam decuplum laudis a cantantibus saltatriculis Dauid tribuebat, dicentibus percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Ob hanc unam uocem & ipsa ueritate comprobatum testimonium. Primo homicida fieri: ac per insidias illum interficere conatus est. Deinde cum profugum fecisset non tamen iccirco inimiciciarum finem fecit. Sed tandem coacto exercitu cum tribus millibus electorum aduersus illum profectus omnem praouinciae solitudinem lustrauit. Quod si quis inimiciciarum causam percunctatus fuisset. respondisset profecto eius se uiri meritis ad id compulsus esse. qui quo tempore illum persequeretur in somno comprehensus paratus morti, obiectus hosti: rursusque a uiro iusto ac ei manus inferre uolenti liberatus: neque hoc beneficio ad misericordiam inclinatus est. Sed rursus compauit exercitum: rursus illum persecutus fuit. donec iteque intra speluncam captus illius quod uirtutem splendidiorē reddidit. Suam uero peruersitatem fecit apertiore. Intractabilis inimiciciarum species inuidia est.

Natura inuidi,

Inuidia de
monis,
Cayn

Egritudo
magistra ini
miciciarum,

Saul inuidus,
Saul mille
Dauid. x. mi
lia.

Qui enim alia causa dissident: mitiores interdum beneficiis fiunt. Inuidi uero & male morati homines magis excadescunt. Quo enim maiora in inuidum merita conferuntur: eo magis dolet: turbatur agro fert aio. Plus naq; doloris ob facultatem bnificii suscipit q̄ ob collata in eum bnificia uoluptatis. Quā ferā mox peruersitate non superant? Quod adeo agreste animal imanitate non uincūt Canes apud nos nutriti mitissimi sunt, Leones a nobis educati mansuefiunt. Inuidi uero beneficiis importuniores redduntur. Quid generosum illum Ioseph in seruitutem redegit. Nempe inuidia fratrum. ubi admirari licet: q̄ ratio nis expers hac egritudo sit. Cum enim exitum somniorum timerent: seruum fecerunt fratrem suum/ perinde ac si seruus nullo tempore adorari posset. Atq; si uera erant somnia/ quo pacto exitus illorum propulsari poterant. Sin falsæ uisiones/ q̄ obrem decepto inuidebant. Iam uero illorum sapientia in se ipsos recidit. Quibus enim artibus uitare futura posse rati fuerāt: his apertum futuris iter præbuere. Nisi enim uenisset: nunquā in uincula coniectus fuisset nunquā cum ministris pharaonis familiaritatē inuisset. nunq̄ somnia rimatus eēt. Quibus rebus egypti principatum obtinuit: & a fratribus/ qui ad eum ob penuriam frumenti uenerant: adoratus est. Verte cogitationem tuam ad maximam omnium inuidiam. & quæ in maximis cōtingit. Hæc profecto contra saluatorem e iudeorū in sania progressa est. At q̄ obrem illi inuiderunt. Nempe ob miracula eius: quæ miracula erant. Indigentium salus: nutriebantur esurientes: & nutriētem psequēbant. Resurgebant mortui: & uiuificanti inuidebāt. Expellebant demones: & expulsori insiabant: mundabant leprosi: claudi ambulabāt: audiēbant surdi. & cæci uidebant. At bnificus ipse fugabat. tandēq; eum/ qui uitā mortalibus gratificatus fuit: neci tradiderūt/ redemptorē hominum uerberantes: & iudicem orbis pagentes reum. Ita ad oēs inuidiæ mala puenere. Et hoc uno telo a principio orbis usq; ad finem seculi humanæ uitæ hostis diabolus uulneratos pstratosq; pdere nitit. hic nostris calamitatibus gaudet. hic ob inuidiā decedit. & ut nos quoq; eodē crimine ruamus oēs adhibet machinas. Quapp sapiētissimus uir merito nos hortabat: ut inuidorū conuiuia fugeremus: p eam quæ in conuiuio haberi solet. familiaritatē oēm uitæ consuetudinē intelligēs. Quē admodū sūmā adhibemus curam: ut aridos surculos longius ab igne amoueamus. ita pro uirib; ad nitendū ē. ut inuidorū amicitia cōsuetudinēq; fugiamus. extra inuidiæ tela sistentes. Neq; n. aliter inuido uti possumus: nisi ipsius similes fiamus. q̄nquidē iuxta Salomonē uiro emulatio a socio eius. Et pfecto ita se habet. Nō. n. egyptio inuidet scytha: sed gētilis sui unusq; emulus ē. Er ex gētilib; qdē ignotis nemo inuidet. sed notis & his qdē uicinis/ aut eodē q̄stu alia ue similitudine secū cōiūctis. ex his uero coetaneis maxie & ppinqs & frīb;. at sicuti ærugo p̄cipua ē frumētī calamitas: ita inuidia ītestinus amicitia morbo. cæter; illd̄ i hac agritudie laudaret q̄spiā. Q d̄ quo uehementius inuidia afficit aliqs eo maiore suscipit molestiā. Et quē admodū sagittæ: quæ uelotius emittuntur

Inuidia fratrum contra Ioseph.

A fratribus adoratus Inuidia iudeorum in saluatorem.

Nō egyptio inuidet scytha Ignotis nemo inuidet.

si firmum aliquod durumq; iuenerunt obstaculum: in eum a quo emissæ sunt: re-
 pellunt. ita inuidiæ tela: cum nihil inuidioso obesse possint inuido plagas inferunt. Nam
 in inuidum. quis unquam quatumlibet se crucians tantillum proximi sui bonis detraxit. Et quum se ipsum
 quasi liquefactus dolore consumpserit: iam uero & ipsis serpentibus perniciosior
 Virus serpenti- res habentur inuidi. Si quidem serpentes per plagas emittunt uirus. Quod putre-
 tium. scentia uulnera paulatim exardit. Inuidos uero sunt: qui putet etiam ipso aspectu
 Inuidi aspe- nocere. Et ideo bonæ interdum habitudinis corpora: quibus illi inuideant: extin-
 ctu noxii. guis: & eorum splendor elanguescere. ac si perniciosa aliqua grauedo ex inuidorum
 oculis flueret. qua mortalium corpora infecta corruptaq; redderet. Ego uero hæc
 opinionem tanquam uulgarem pertranseo. Talis quoque qualis uetula mulierculis narrare so-
 lent. Illud affirmo infestum probis hominibus demonem. Si quando optiones homi-
 num suarum similes reperit. ipsas ad libidinem suam tractare. itaque oculis morta-
 lium quasi suæ uoluntatis ministris uti. Ad hæc non horres te ipsum seruum face-
 re perniciosissimi demonis. Sed uitis inquinari te pateris. quibus hostis fias eorum.
 quod nullam tibi iniuriam intulerunt. Hostis dei boni & nullo liuore perturbati. Agite
 fugiamus hoc adeo intolerabile malum. serpentis admonitio est inuentio demoni-
 nis. satio inimici: Arrabo pænæ impedimentum pietatis. Via ad ignem æternum. pri-
 uatio regni. Quid quod & ipso aspectu inuidi discernuntur? Oculi eorum atrii sunt. atque
 Color inui- obscuri. Genæ pallidæ: Turbida suspicia: animus perturbatione diruptus uerita-
 doz. tis iudicium de rebus nullum habens. non uirtus apud illos laudabilis est. non dicen-
 di copia honestate ac gratia perfulgens: non aliud quidquam carum rebus: quas sequi ad-
 Vultures mirari quoque solemus. sed quemadmodum uultures solent ad putrescentia cadauera in-
 pastus discurrere complura prata: compluris amænos atque odoriferos agros supuo-
 Muscæ ad ulcera. lantes: & ueluti muscæ insueuerunt integras corporis partes permittentes ad ul-
 cera sese conferre: eodem modo inuidi splendorem uitæ: & rerum gestarum magnitu-
 dinem permittentes hominum duntaxat uitis imorantur. Quod si a recto nonnunquam
 quod sæpe mortalibus accidit: deflectere uideantur. Hoc diuulgant. & per eas res il-
 lorum uitam esse in apto uolunt: ignaris pictoribus similes. Qui per obtortum nasum
 aliam huiusmodi cicatricem: aut naturalem aliquam defectum: aut casu superuenien-
 tem eorum: quos effingere conantur: formam ostendunt. Ad id accedit: quod quibusdam
 Vitia uicina transmutationibus ad malum laudabile subuertunt. Et per uicia uicina uirtuti-
 uirtutibus. bus calumniantur. Fortem uirum: temerarium uocant. Temperantem: aspe-
 rum: iustum: immanem. Prudentem: uersutum. Magnificum: uentosum no-
 minant. Liberalem prodigalitatibus: parcum avaritiæ accusant. In summa omni-
 bus uirtutis speciebus nomina imponunt: ab oppositis uitiis mutuata. Quid
 igitur an in accusatione huius mali orationem terminabimus? Hæc uero
 medicinæ quasi media pars est. Neque enim inutile uidetur. si quis egrotum mor-
 bi sui magnitudinem ante oculos ponat: quo diligentior eius rei suscipere
 curam possit. At si quis cum hoc in loco nondum pristina incolumitati re-
 stitutum relinquat. nihil aliud agit: quam si egrotantem in morbo missum faceret.

Quid igitur? Quo pacto hanc egritudinem aut principio euitabimus: aut de-
 inceptis in eam prolapsi propellemus. Si a primordio nihil magnū, nihil excellēs
 in rebus humanis eēt nobis persuaserimus. non hominū diuitias: non fragilē glo-
 riam: non bonam corporis habitudinē. Neque. n. in rebus adeo momentaneis fœ-
 licitatem consistere definimus. Sed ad æterni uerique boni participationē uoca-
 mur. Quapp non diues ob diuitias admirandus: non potens ob splendorē &
 amplitudinē suam: non fortis ob robur corporis: non sapiens ob copiam uerbo-
 rum. Hæc enim instrumenta uirtutis sunt. Si qui ipis bñ utatur. At nullā in se
 beatitudinē continent. Quicumque igitur his male utitur: non secus. miser iudi-
 candus est: quā qui gladio: quē in tutelā corporis sui acceperat: ultro seipsum uul-
 nerauerit. Qui uero bene & secundū rectam rationē p̄sentia tractat. Quique di-
 spensator est earū rerū. quæ sibi a deo colatæ sūt. neque in p̄priū solūmodo usum
 thesauros cumulat. Is laude beniuolentiæque dignus est. & ob amorē eius erga p̄-
 ximum & ob mores suauissimos. Quo circa si prudentia p̄stat quispiam. Si di-
 uino sermone clarus habetur. noli illi continuo inuidere. noli unquā tacere sacra-
 rum litterarū interp̄tem: Si quis spiritus sancti gratia acceptus est: laudemque ab
 audientibus consequitur. Tuum enim bonum ē. Et tu propter donum doctri-
 næ missus es. Si suscipere aliquid uelis. Præterea scaturientem fontem nullus
 est qui tegat: obradiantē solem: nemo sibi oculos obnubit. nemo inuidet. Sed ad
 uoluptatem suam unusquisque illis fruīt. Spiritualis uero sermone in ecclesia dei.
 scaturiente & pio corde e spiritus sancti donis effluente nequaquam lætas adhibes
 aures. Sed audientium plausus tibi molesti sunt. Velleque nec qui fructū perciperet
 adesse quēque: nec qui laudaret. At qualem hæc apud iudicem animarū nraꝝ excu-
 sationē habere poterunt? Igitur naturæ bonū fateri oportet: aut bonum eēt. Qui
 uero diuitiis floret: potentia ualitudine corporis recteque his utitur. eū amare tue-
 ri que debemus tamquam cōia habētē uitæ instrumenta. Ea. n. secundum rectā ratio-
 nem partiē diuitiarū copia: habūde subministrans: & corporis obsequio laborā-
 tibus p̄sidium ferens. Cæterā uero oēm substantiā nō magis suam. quā cuiuslibet
 ægeni iudicans. Qui uero in huiusmodi rebus aliter se habet: is miser potius quā
 inuidia dignus existimandus est: utpote maiorem ad male agendū oportunita-
 tem nactus. Nāque id nihil aliud est: quā ob maiore copiam habūdantiāque perire.
 Si igitur ad iniusticiā quasi quoddam uaticū diuitiæ sunt. Profecto miser ē diues.
 Si uero ad uirtutē cōducibiles: nullū apud diuites inuidia locum habet. Cū in cō-
 munē oīum usum diuitias p̄ferat: nisi quis forte ita p̄fidus ē: ut sibi quoque ipsi
 bonorū grā inuideat. Quod si paulisper humanas res cogitatione relinquant: & ad
 uerē illud ac laudabile bonū mentē erigas: longe magis uereberis aliquā e terre-
 nis istis & corruptibilibus rebus scelicē aut admiratione dignā iudicare. Quisquis
 igitur ita uiuit: ut uagis istis ac mūdānis rebus minime sit implicatus. Is ut in inuidiā
 incidat: fieri non pot. Si uero oīo gloriæ auidus es: & quā plurimis p̄stare cupis: ac-
 iccirco quod secundus sis: æquo animo ferre non potes. Est enim hæc quoque præcipua
 inuidiæ causa. ad exercitationē uirtutum ambitionē tuam tamquam ad profluētē

Scaturientem
fontem nullus
regit

Diuitiæ uia/
ticiū ad iusti-
tiam.

Virtus in nobis

quendam riuum conuertito. neq; prorsus quacunq; uia diues fieri optato. neq; mundanis duntaxat operibus illustris: Hæc enim in tua potestate nō sunt. Sed iustus esto. sed temperans: prudēs: fortis: & in his quæ ad diuinam religionem pertinent: patiens. Sic enim & te ipsum saluū feceris: & in maioribus rebus maiorem gloriā consequeris. Virtus enim in nobis ipsis est: & a studiosis eius possideri facile potest. Habundantia uero pecuniarum: pulchritudo corporis dignitatum splendores in nostra potestate nō sunt. Quapp si uirtus q; præstabilius bonum est: & æternius: ac omnium confessione principatum tenens ipsa nobis ipsa quaerenda est. Hæc uero animo nostro insita eē nullo modo potest: nisi cū ab omni alia labe tum uel maxime ab inuidiæ perturbatione purus sit. Non uides q̄ grande malum sit hipocrisis? At hæc inuidiæ fructus est. Morum enim duplicitas inuidiæ precipuæ gratia inter mortales reperiri solet. Si quidem odium in profundo pectoris substinentes caritate coloratam superficiem præ se ferunt: scopulis profecto similes. qui breui unda tecti malum prouidis nautis insperatum obiciunt. Quapropter si mors illinc aduersus nos uelut ex fonte p̄fluit: bonorum omnium priuatio: alienatio dei. confusio diuinæ legis: & omnium: quæ in hac uita sunt: bonorum euersio. Credamus apostolo: neq; efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicem puocantes: inuicem inuidentes. Sed potius benigni: misericordes: donantes inuicem: sicut & deus donauit nobis.

Hipocrisis

Apostoli sententia

τελος.

PLVTARCHI LIBELLVS DE DIFFERENTIA INTER
ODIVM ET INVIDIAM INCIPIT FOELICITER.

nihil fere ab odio differre inuidia sed idem esse plane uideatur. Vitia enim multitudini hamorum similia sunt: quæ si cum pendentibus ex ipsis affectibus huc atq; illuc moueantur: pluribus inter se nodis atq; implicationibus connectuntur. Ipsæ uero quæ admodum in ægritudinibus accidit aliæ ob aliarum dolorem cruciantur. Fœlix enim tam cum qui odia gerit: quæ inuidum torquet. Idcirco beniuolentiam utriq; oppositam putamus. Nihil enim est aliud: quæ bonorum erga proximum uoluntas. Odium uero atq; inuidiam eisdem animi affectus eest: quippe qui contrariam beniuolentiæ optionem habent. Sed quando non æque idem similitudines: ut differentiæ diuersum faciunt: per has perscrutemur indagemusq; ab ipso horum affectuum genere exordium sumentes. Nascitur itaq; odium ex opinionione: quam habemus: quod is: quem odimus. malus sit aut in uniuersum aut quantum ad nos attinet. Cum enim fieri sibi iniuriam nonnulli putant: ad gerenda odia promptiores redduntur. Afferentes igitur iniuriam & malos homines oderunt & iniquo animo ferunt. Inuidet uero his duntaxat qui fœliciter uere uidentur. Quapropter inuidia quidē indeterminata est perinde atq; ægritudo oculorum: quæ ad omnem splendorem turbatur. Odium uero certis clauditur terminis: cum semper in aliquibus subiectis permaneat. Præterea odium est etiam erga animalia ratione carentia. Feles enim cantaridesq; nonnulli oderunt & rubetas & serpentes. Germanicus uero neq; gallum aspicere poterat. At persarum magi mures interficiebant tum quia illos oderant: tum quod diis immortalibus eius generis animal molestum esse arbitrabantur: quod arabes quoq; & athiopes faciunt. Inuidia uero duntaxat hominis & erga hominem est. Neq; enim inuidere inter se ferae possunt: cum nullum de fœlicitate alterius iudicium habeant: neq; gloria aut dedecore moueantur: quibus rebus inuidia augeri maxime solet. Odium uero & inimicitias inuicem exercent: pugnantq; inter se se quasi aduersus quosdam infidos. Aquilæ enim draconesq; inter se pugnant. Cornices & noctuæ. Egithali & acantilides: quorum nec cruor quidem cum interfecti fuerunt commisceri potest. q; si forte miscueris rursus fluit seperaturq;. Credibile uero est & maximum illud tam leonis in gallum: quæ elephantum in aprum odium ex timore natum esse. Quod enim timent: facile oderunt omnes. Hoc igitur inter odium inuidiamq; uidetur interesse: quæ illud in brutorum etiam natura comperiatur. hæc humanum genus non excedat. Ad id accedit: quæ iuste inuidere nemo quis potest. Neq; enim ad fœlicitatem suam quispiam iniurius & tamen inuidiosus est. Odio uero complures iuste habentur: sicut hi quos odio dignos appellamus: qui neq; malorum consuetudinem fugiunt neq; abomi-

Vitia hamis
simila.

Oditus odii

Malos odimus.

Inuidemus
fœlicibus

Feles Cantarides
Rubetæ serpentes.
Mures necat a magis

Aquile cum
dracõibus pugnant.

Egithus &
acathis a plinio dicuntur

PLVTARCHI DE ODIIO ET INVIDIA.

Charilaus ab hilaritate
 Dictū archei filai.
 Therfites
 Odit & hūc magnus pelides odit ulixes.
 Inuides se oēs negāt.
 Odimus malos
 Inuidemus bonis.
 Neminē se inuidū hñe.
 Cātarides uiridioribus rosis.
 Nō accendere ignē calūniatoribus
 Socratis.
 Suspensi calūniatores socratis.
 Sol umbrā extinguit
 Felicitas inuidiam attenuat
 Alexandro nullus inuidus ofores multi.
 Miseris non inuidemus

nantur neq; iniquo animo ferunt. Magnum uero huius rei argumentum est: q; nonnulli odio se habere q̄ plurimos fatentur. inuidere se alicui negaret. Odiū enim maiorum laudabile est. iccirco fratris Lycurgi filium charilaum spartæ p̄fectum probum & clemētem uirum laudantibus q̄busdam collega eius & quomodo inquit probus est charilaus: cum ne in malos quidem sit acerbus. Therfite quidem turpitudinem corporis uarie ac multifariam poeta descripsit: Peruersitatem uero morum breuiter & fere uno uerbo conclusit. Odit & hunc magnus pelides odit Vlyxes. Maximus enim peruersitatis cumulus ē optimis uiris inimicum esse. At qui inuidere se omnes negant: quod si quis id eis ostendere conetur: mille excusationes afferunt iratos se esse aut metuere hominem aut odiisse dicentes aut alia quauis ratione huius affectionis nomen obumbrantes ac tegentes: quasi hæc sola aī ægritudo celanda sit. Necessē est igitur huiusmodi ægritudines: sicuti plantas hisdem & nutrirī & coalescē: & aliæ quippe aliis facillime accedunt. Oderunt itaq; quēq; maxime: ut maxime proficere in uitiis cernunt. His uero magis inuidēt: quos ad uirtutem rectiore tramite prodeuntes intuentur. Quo circa Themistocles cum adhuc adolescens eēt: nihil splendidum a se fieri dicebat. Neminem enim adhuc se inuidum habere. Et. n. quē admodum cantarides lætioribus frumentis & uiridioribus rosis maxime innascuntur: ita inuidia eos præcipue tangit: qui boni sunt quiq; ad uirtutem gloriamq; grassari uident. Rursus e contrario magnitudo uitiorum odiū auget. iccirco calumniatores socratis utpote qui ad uitiorum culmen peruenerāt adeo oderunt uiri athenienses aduersatq; sunt: ut neq; eis ignem accendere nec quærentibus respondere nec qua illi se se abluissent aqua uti uoluerint: sed eam perinde ac sceleratam effundi iusserint: donec illi cum perpeti odiū amplius non possent: suspendio uitam amiserunt. Felicitatis uero magnitudo ac splendor sapenimero inuidiam extinguit. Neq; enim credibile est Alexandro aut cyro inuidere quēpiam imperitātibus & cunctorum iam dominis. Sed quē admodum sol eius umbram: supra cuius caput astiterit suis aspergens radiis aut prorsus extinguit aut longe minorem reddit: ita & felicitas: cum magnam nacta altitudinem fuerit & supra inuidiæ caput splendorem suum sperferit: eā attenuat extinguitq; Inimicorum autem amplitudo ac potentia: odium haud quā minuit. Ideoq; Alexander inuidum quod habuit neminem: Exosos uero complures: a quibus tandem per insidias interfectus est. Simili modo infelicitas inuidos quod dem compefcit. inimicitias uero non tollit. Oderunt enim etiā hostes ad extremam redactos calamitatem. At nemo est: qui miseris inuideat. iccirco illud a quodam e nostris sophistis non sine ratione dictum: inuidos homines libenter cōmisereri. Quapropter hanc quoq; non paruam horum affectuum differentiam esse arbitramur. q; odium neq; felices neq; fortunatos deserit. inuidia ob utrunq; excessum facile cōminuitur. iam uero ex contrariis potius id ipsum cōsideremus. Dissoluunt profecto inimicitias odiumq;: si aut sibi psuasierint nulli

la sese iniuria affectos esse: aut quos uti malos oderant bonos compererint: aut tertio beneficiis placati fuerint. Extrema enim gratia ut Thucidides inquit & si minor sit: oportunum tamen nacta tempus maiorem interdum iniuriam dissoluit. Horum uero primum inuidiam certe non minuit. Quilibet enim a principio sibi persuadeant nullam sibi iniuriam inferri: non tamen a liuore abstinēt. Nam reliqua duo augent potius inuidiam. His enim inuidet magis: quod boni uidentur tanquam summum bonum uirtutem consecutis. Quod si qua a felicibus beneficia accipiant: dolent illis tum ob uoluntatem tum ob potentiam inuidentes. illud enim uirtutis est. hoc felicitatis utrumque bonum. Quia appodium & inuidia omnino diuersi affectus sunt. Si quid his rebus illud quod cessat. haec autem torquet & crescit iam uero ipsam utriusque affectus electionem consideremus. Habentis. n. odium est obesse uelle. & enim potentiam eius ita diffiniunt dispositionem quandam ac curiosam male agendi uoluntatem. Ab inuidia uero hoc abest. Neque. n. inuidi multos e propinquis & domesticis suis perire uellent neque ad extremam miseriam redigi. sed felicitatem eorum graui animo ferunt prohibentque si possunt eorum gloriam ac splendorem: extremam uero calamitatem non optant sed si perinde ac ex altissimis aedibus eam partem: quae suas obscuriores reddit: deposuerint: bene secum agi existimant.

Dissimilitudo odii & inuidiae.

Finis.

Impressum Bononiae per me Benedictum hectoris bononiensis adhibita per uiribus solertia & diligentia. Anno salutis. M. ccc. clxxxvii. quarto idus Maii Illustrissimo Io. Bentiuolo recip. bononiensi. habenas feliciter moderante.

Registrum.

a iiii. b iiii. c ii. d ii. e ii. f ii. g iiii. h i.





Biblioth

Ex. completo con 38 fls.





